

VITA SANCTI HIERONYMI.

Plaerosq; nimirū illustriū viros non ambigo nosse: quo natus: quibusq; doctoribus: quibusue eruditus sit literis: quo deniq; quiescat sanctus Hieronymus loco. Verūta men quibus nō vacat: vel legere plurimā nō valent: hoc si voluerint opus: cōpendio sa breuitate poterūt scire. Beatus igit Hieronymus nobili genere ortus: patre vero Eusebio nomine: oppido Stridonis: quod a Gothis euersum Dalmatiæ quondā Pannoniæq; cōfiniū fuit Congruæ scilicet Eusebio generatus est patre. Eusebius nanq; Attice: Romanæ vero dicitur Pius. Hieronymus quoq; Aeolice: Latine omnino sacra lex intelligit. Iure igit Hieronymus. i. sacra lex de Pio gignit patre: vt studioso eius labore ex hebræorū scriptis abiq; scrupulitate al ma pateret lex: quæ humana generi sua austeritate remota pium ac sacrum misericordēq; patrē nūciaret venturū. Qui cum dudum inter pueritiā adolescentiāq; incederet mediū: instinctu ta ctus coelesti: affinis cunctis censuq; paterno relictis: vt perfectus euangelij imitator quiuisset existere: ingressus nauem: aura flante secūda: ad limina sublimiū apostolorū Petri & Pauli diuina dispensante clementia Romanā adiit urbem. In qua videlicet literis græcis & latinis diligēter apprime eruditus: Christi vestem suscipiens: Presbyter quoq; Cardinalis ibidem est ordinatus. Nam vt in expugnabilē suæ ecclesiæ dñs murū cōtra perfidos dementēsq; hæreticos erigeret: huic viro in literarū studijs pleriq; cathegeta: id est præceptores fuere. Donatus nempe artigraphus Romanis eum imbuens elementis: liberaliūq; artium sapore sufficienter replens: magister extitit illi: Sicut ipse in Cronica sua meminit: dicens: Victorinus Rhetor: Donatus Grammaticus magistri & præceptores mei Romæ insignes habebant: Gregoriū nanq; Naçiāgenum vt idem in tertio explanationū Esate refert libro Diasculū: id est magistrū suū esse testat. Nam cum in prædicto ppheta ad eum venisset locum in quo de Seraphin quiddā debuisset exponere ita intulit: dicens: De hac visione ante annos circiter triginta: cum essem Constantino poli: & apud virum eloquentissimū Gregoriū Naçiāgenū præceptorē meū: tunc eiusdem vr̄bis episcopū sacrarum scripturarū studijs erudirer: scio me breuem dictasse subitūq; tractatū vt experimentū caperet ingenio mei: & amicis iubentibus obedirē. Quid vero de huius viri elegantia industria quam erga latinos & græcos: hæbreos & arabicos: chaldeosq; in discendo elementorū apices habuit: præstātus dici potest q̄ ipsius ad Pāmachiū & Oceanū missa. p̄tēntē verba dicentis: Dum essem inquit iuuenis: miro discendi feruebā amore: nec iuxta quorundā præsumptionē ipse me docui. Apollinarē audiui Antiochiæ frequēter: & colui. Tunc cum me in scripturis sanctis erudiret: iam canis spargebat caput: & magistrū potius q̄ discipulū decebat. Perrexi tamen Alexandria: audiui Didymū: in multis ei gratias ago: qd̄ nesciui: didici. Putabant me homines finem fecisse discendi. Rursum Hierosolymā & Bethleem quo labore: quo precio Barabanū hebræū nocturnū habui præceptorē Timebat enī iudæos: & mihi alterum exhibebat Nicodemū. Hæc utiq; cōtulī: vt qui scire cupiunt: nosse queant: sicut prædixi: quo natus loco: quibusue rātus vir magistris fuerit informatus. Cōmorante itaq; Hieronymo Romæ: mentisq; corporisq; virginitatem & delictorū pœnitentiā custodiens: fidelibus prædicabat. Multaq; iuxta septuaginta librorū volumina atq; psalteriū emendauit: apostolicæ sedis Liberio præsidente pontifice. Ea p̄culdubio tempestate Romanū populū per Constantiū Augustū Arriana hæresis maculabat. Scircō ergo prædictus vir occasione quam semper optauerat accepta (vt superius est dictum) relicta domo: parentibus: sorore: cognatis: & inclita: ac gloriosissima Petri corpore vr̄be: corpus: & sola tantū ferens quæ itinēri vtilia esse valere: vna cum bibliotheca: quam sumo studio in præfata cōfecerat vr̄be: hierosolymā p̄pter regnum cœlorū iuuenis militaturus aduenit. Postq̄ vero omne mundanarū literarū studium adeptus est: Probatissimorum quoq; monachorū habitū: factumq; imitatus est. Cupiditatē siquidē animi iugi sinceritate calcans: voluptatēq; corporis per hēni frangens ieiunio: plærosq; bonorū religiosorū meliores fore suo docuit instituto. Quodam igit tempore: cum ex more idem Hieronymus diuina ad legendū panderet volumina: & immortalē bibliothecæ suæ auctorē recordaret Tulliū: mox cœlitus natales quādoq; reuolueret libros: salutifero castigatus est verbere. Ita enī ipse de se ad Eustochiū scribēs asserit. Cum autem annos plurimos domo: parentibus: sorore: cognatis: & quod difficilīus est: cōsuetudine lautioris cibi p̄pter cœlorū me regna castrassem: & Hierosolymā militaturus pergerē: Bibliotheca quā Romæ sumo studio ac labore cōfecerā: carere nō poterā. Itaq; miser ego lecturus Tulliū ieiunabā. Post noctiū crebras vigiliās: post lachrymas quæ mihi præteritorū recordatione pctōrū ex imis visceribus fluebant: Plato sumebat in manibus. Si quādo in me in ipso reuerfus: p̄phetas legere cœpisssem: sermo horrebat incultus. Et quia lumen cæcis oculis nō videbā. Non oculorum putabā culpā esse: sed solis. Dum ita me antiquus serpens illuderet: in media ferme qua

b ij